

1114  
55  
Io: Matthiae Gesnero

Christianus Crusius

S. D. P.

Er me tandem, Vir amplissime, ἡ φιλαρτυς εὐνοιας  
δαιψα, reducem inde, unde negant redire multos.  
Deo sit gratia et amicis illustribus, qui certatim  
sua opera, ut mihi in carissimam patriam reditu  
conficerent, elaborarunt. Excell: Dunavius et Ill:  
Functius me pecunia iuuerunt; Excell: dux de  
Arnim suam auctoritatem mihi commodand  
commeatum expediuit et commendatione  
equegia me nostris proceribus ornandum tra  
didit, a quibus benignissime exceptus sum. Qu  
vis autem Excell: Dunavius me honestissimis  
ditionibus ad se inuitaret, ostensa spe profe  
nis Genensis, puto tamen me haesurum in pa

184V

sinu; quatenus emolumenta ampliora, quam alibi  
obtinere facile possem, mihi offeruntur. Aduenien-  
ti statim optio professionis Lipsiae obtinendae  
et muneris electorale Misniae Afraneum regen-  
di dabatur. Hoc vero, quia et retribuis et ipsa  
dignatione professionibus philosophicis praestare  
creditur, potius ducens spero intra paucos dies  
mihi collatum iri. Forte et professoris honorarii  
dignitas adicietur, ut honori meo consulatur.  
Haec TV legens, gaudebissane et bene patriae  
mihi que ominabere: gaudeo equidem et ipse, quod  
tum pote, et hoc solum mihi molestum est, quod  
ex itinere ad vos diuertere, TE amplecti, vestraque  
bona aestimare haud contigerit. Iubebar enim  
maturare, et vel sic diutius ipsa expectatione  
luctandum cum difficultatibus viae, molestiis  
et discriminibus hoc anni tempore plenae, fuit.  
Quod ergo solum licet, hisce TE litteris compello  
et istam liberius in tuum sinum amicas confa-  
bulationes effundendi suauitatem repeto. De-  
est quidem otium, ut in litteras nostras paulum  
excurram; sed bene, si permittes, hanc cessatio-

nem brevi pensabo. Ecquid novi de Menckenio, capitali isto et acutae naris? Spirabatne adhuc, aestuat et fluctus in simpulo ciet? An beatus sibi met sua poëmata recitat et purulentas praefationes? Laudo equidem, si, quod aliis taedio est, suave putat et suis delectatur, quem aliena inquietant. Sed mea ut mihi redderet, valde optarem, nihil posthac curaturus, albus an ater sit natus.

Scrisseram haec iam primis post meum reditum diebus. Sed quum expectarem decretum de statione, chnensi, et litteras tam diu retinere vellem, donec certa nunciare possem; ecce alia intercedunt. Num TE percussi hoc nuncio? Ad noli metuere amici causa. Bergerus Vitebergae obiit; ei multorum suffragiis successor destinor; quidquid autem sit, professio ordinaria mihi promittitur. Prenso apud multos gratiosus, et spero deum petitioni adfore. Jam mandatum ultro ad senatum ecclesiasticum e sanctione consilio regis missum est, ut candidatus commender. Rei bonum exitum prospedim exspecto. Nisi incommodum erit inquirere analysin meam censurae Lipsiensis, quam superiore anno mihi, oro TE ut eam mihi hac transmittas. Publicabo forte eam, ut ferreo Menckenii ori pudorem exprimam. Vale, et felicissime aeni, quantum potest, exige. D. Dresdae d. VII. Jun. MDCCLI.  
 Si dare ad me litteras placebit, inscribendum erit: obzungenbrüggen Commission Datz Crusius.

a Monsieur  
Monsieur Gesner  
Professeur en Eloquence

a

Goettingen.